



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Quinta die Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Ianuar. 4.

N A T A L E S

In gloriam
confessoris,
cap. 108.

re anno supra millesimum trecentesimo quadragesimo secundo, Plebani ecclesiarum in *Humelighem, Erpse, Hockezele, Quaderibbe & Corteberge*, testimonium tulerunt. Simile miraculum refert Gregorius Turonensis de nauta, cuius omne nauis onus, quod mandi potuit, in saxa est conuersum, cum pauperi dixisset se nihil nisi lapides habere. Ego, inquit, ex his & dactylos vidi & oliuas aspexi, marmore duriores. Primarium festum est die quarta Ianuarij. Secundarium, translationis, nonis Octobris.

Pingitur denique cum atie in manu, aut ad pedes, quam Teutonicè, *een trap-gans*, vocant, Cuius officium Gandauense non meminat. Sed in historia plenius manu scripta legitur ipsam aunes ex agro tulisse, quas alij pheles, & alij mileras atque alij vulgariter ganges siue gancas nuncupant, quarum unam prorsus mortuam viuiscerent.

L. 10, c. 22. Quo loco fortassis legendum est gansas, quas Plinius memorat, ex Morinis Romanis pedibus venisse.

Quinta die Ianuarij.

De beato Gerlaco eremita.

Ex historia manu-scripta, ex relatione cuiusdam
Gerlacensis.

In territorio Falkenburgensi, depositio beati Geraci sanctiss. eremitæ. Qui quiescit in dioecesi Rurmundensi ad sanctum Gerlacum. Sic enim ab eo nominantur & pagus, & monasterium virginum Premonstratensium, apud quas sacrae reliquiae habentur, quæ ad nostra usque tempora miraculis clarent. Fuit autem militum magister: cumque prope Iuliacum properaret cum socijs

socijs ad ludos, qui tornementa dicuntur, coniugem suam obijisse intellexit. Cuius morte compunctus, papam Adriandum accessit, pœnitentiam pro peccatis petens. Vnde septem annis Ierosolymæ pauperibus & peregrinis deseruit. Quibus transactis, vñque ad mortem eremiticam vitam professus est, cum admiranda corporis afflictione. Vedit autem Hildegardis singulare solium, in cœlestibus ei præparatum. Commemoratio eius sit in vigilia Epiphaniæ Domini: sed quia non est canonizatus, Missæ sacrificium peragit de æterna sapientia: & dum Litanie canuntur, submissa voce intresur.

Sancte Gerlace ora pro nobis.

Die sexta Ianuarij

De venerabili Gertrude ab Dosten.

*Ex communicatione cum Delphensibus presbyteris Lo-
uanij habita. Cui de beghinis nostratibus appendicem
adieci.*

DElphis in curia beghinarum, memoria beatæ Gertrudis de Dosten, natae in Voerburgh, quæ obiit anno 1300. CCC. LVII. in die Epiphaniatum Domini. Hæc virgo erga passionem Domini multum fuit deuota. Vnde & Christi stigmatibus insigniti meruit. De ea quædam leguntur in vulgaribus Hollandiæ chronicis: *Distin. 23. cap. 5.* sed multò plura latino sermone exstant manuscripta. Ponitur autem quotannis crux illa vnde stigmata accepit, in die obitus in altari, & solenni concursa inuisitur. Sepulta est sub campanili ad diuum Hippolytum. Et priuatæ ædes quas inhabitauit, etiamnum notæ sunt.

Vixit autem beata Gertrudis eo tempore, aut paulo post, quo Clemens quintus, & Concilium Viennense, statutum beghinarum, propter hereticas & absurdas opiniones, à Dei Ecclesia aboleuerunt, eamque sectantes & de nouo assumentes, ipso facto excommunicatas pronunciauerunt. Sed hæc beatam Gertrudem non concernunt: Clementis enim successor Iohannes, dictus xxii, qui eadem confitauit, non exceptit, sed declarauit illa damnatione non comprehendendi, nec à Clemente comprehensas esse, hone-